



UNA VOCE VENETIA

28 Dicembre

I Santi Innocenti Martiri

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthaéum *Matth. 1, 13-18*

IN ILLO témpore : Angelus Dómini appáruit in somnis Joseph, dicens : Surge, et áccipe Púerum et Matrem ejus, et fuge in Ægýptum, et esto ibi, usque dum dicam tibi. Futúrum est enim, ut Heródes quærat Púerum ad perdéndum eum. Qui consúrgens accépit Púerum et Matrem ejus nocte, et secéssit in Ægýptum : et erat ibi usque ad óbitum Heródis : ut adimplerétur quod dictum est a Dómino per Prophétam dicéntem : Ex Ægýpto vocávi Fílium meum. Tunc Heródes videns, quóniam illúsus esset a Magis, irátus est valde, et mittens occídit omnes púeros, qui erant in Bétlehem et in ómnibus fínibus ejus, a bimátu et infra, secúndum tempus, quod exquiserat a Magis. Tunc adimplétum est, quod dictum est per Jeremíam prophétam dicéntem : Vox in Rama audíta est, plorátus et ululátus multus : Rachel plorans fílios suos, et nóluit consolári, quia non sunt.

Dal Vangelo secondo Matteo *Matt. 1, 13-18*

UN ANGELO del Signore apparve allora in sogno a Giuseppe e gli disse: Levati, prendi il bambino e la sua madre; fuggi in Egitto, e fermati là, finché io t'avviserò: ché Erode cercherà del bambino per farlo morire. Egli, svegliatosi, prese di notte tempo il bambino e la madre di lui, e si ritirò in Egitto, rimanendovi fino alla morte di Erode; affinché s'adempisse quanto era stato detto dal Signore con le parole del Profeta: Dall'Egitto ho chiamato il mio Figliuolo. Allora Erode, vedendosi burlato dai Magi, s'adirò forte, e mandò a uccidere tutti i bambini che erano in Betlemme e in tutto il suo territorio, dai due anni in giù, secondo il tempo che aveva indagato dai Magi. Allora si adempì ciò che fu detto dal profeta Geremia: una voce s'è udita in Rama, gran pianto e ululato: Rachele che piange i suoi figli, né vuole esser consolata, perché non ci son più.



UNA VOCE VENETIA

Ultimo Vangelo di san Giovanni

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem *Joann. 1, 1-14*

IN PRINCIPIO erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípío apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nihil, quod factum est : in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum : et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmíne, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmíne. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem fílios Dei fíeri, his, qui credunt in nómine ejus : qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. (**Hic genuflectitur.**) Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis : et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritátis.

Dal Vangelo secondo Giovanni *Giov. 1, 1-14*

IN PRINCIPIO era il Verbo e il Verbo era presso Dio, e il Verbo era Dio. Questo era in principio presso Dio. Tutte le cose sono state fatte per mezzo di lui, e senza di lui nessuna delle cose create è stata fatta. In lui era la vita, e la vita era la luce degli uomini. E la luce splendé fra le tenebre, ma le tenebre non la compresero. Ci fu un uomo mandato da Dio: il suo nome era Giovanni. Egli venne come testimone, per attestare della luce, affinché tutti credessero per mezzo di lui. Non era lui la luce, ma venne per rendere testimonianza alla luce. Era la luce vera che illumina ogni uomo che viene in questo mondo. Era nel mondo e il mondo fu creato per mezzo di lui, ma il mondo non lo conobbe. Venne in casa sua ed i suoi non lo ricevettero. Ma a quanti lo accolsero diede il diritto di diventar figli di Dio, a coloro che credono nel suo nome: i quali non da sangue, né da volere di carne, né da volere di uomini, ma da Dio son nati. E il Verbo si è fatto carne ed abitò fra noi, e noi abbiamo contemplata la sua gloria: gloria come d'Unigenito del Padre, pieno di grazia e di verità.